2618

et prerogatiua quauis tenendi, habendi et possidendi, Illisq quiete et pacifice vtifruendi, ad suosq quosuis beneplacitos vsusfructusq libere et effectualiter conuertendi Iuris originalis ea omnia latius in se complectentis, praesentisq cessi et transfusi vigore.

Kulczycki, Kulczyckie Quietat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Hrehorius Kulczycki

303 Smietanka. Sanus mente et corpore existens, a Terris, districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atq subyciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse Nobiles Wasko et Petrum Kulczyckie, Nobilis Feodory Kulczycki Mazurek filios, eorumq posteros; de Protestatione certa coram Actis Officii praesentis per se Agentem contra ipsos, et Honestum Hawryło Szołtys, atque filium ipsius cum quo sibi idem Recognoscens saluam Actionem et poenam Bannitionis perpetuae, super ipsos in Terminis Querelarum Officii praesentis obtentam in toto et plenarie reseruat; ratione sui Recognoscentis percussionis et percerberationis factae; tum et Causa atq Actione Iudiciaria, supra Nobiles Kulczyckium, et alys in processu Causae istius specificatis ad Officium praesens per se Agentem instituta et intentata, atq ipsa poena Bannitionis perpetuae, siue alia quauis, eiusq publicatione, ob plenariam et sufficientem Sibi Recognoscenti

in omissis omnibus praestitam Satisfactionem Quietat, emittit,
dimittit, liberosque et absolutos perpetuo pronuntiat;
Protestationem eandem cum toto ipsius effectu, duarum
obductione, Caesarum et Actionem iudiciariam, atque ipsam
poenam Bannitionis perpetuo cum eius publicatione in
toto et per omnia cassat, mortificat et annihilat praesens,
sibi, suisque posteris ratione praemissorum earum perpe-
tuum imponendo silentium. 24/VII

Feria Quinta in Vigilia Festi Sancti Iacobi Apostoli, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

Madalinski Drohoiowskiemu Roborat. 363

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitaneatibus Premysliensibus Generosus Georgius Ale-
xander de Kiedrzielsko Madalinski, sanus mente
et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictio-
nibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo
praesenti vero Castrensi Capitaneatus Premysliensis Iurisdictioni,
quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus ac bonis
suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque
subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recog-
novit. Quia ipse, se, ac suos Successores, nec suis bonis
suis generaliter omnibus, summisque pecuniis quibusuis, habitis
et habendis inscribit et obligat praesenti Scriptum certum